Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32271
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift

do aquitanus. cui nomen erat rannulfo ab ineunte
mutus etate surdusque ac pene ad satietatem pecoris in malum pri-
us perducitur maximo rarissimoque miraculo affatum repen-
te obstructarumque aurium sortitur aptionem. et secundum preroga-
tiuam hominis ad intuendum celum erectus est. Ita triplici ante hac
debilitati constrictus. totidem se humani usus compendia su-
bito meruisse miratus est. Hec inchoata ut uoluistis quantum
absoluta ordine direxi. que neque commenticium aliquid extrinsecus
addidi. et que uita sollertia suggessit inserenda. serua-
to tamen ueritatis expressi. Que domnus confessor et uictor utinam
pro prosequitur fauore. ac uobis qui ministrastis [materiam] [illegible] et una
mecum qui hanc in aliquantum redegi formam intercessionis uice re-
compensare dignetur. Eodem die Radegundis
Beatissima Radegundis natione barbara fuit
de regione thoringa. auo rege basino. patruo
hermenfrido. patre rege berthario. Quo altitudo seculi
tangit regina de germine celsa licet origine. multum
celsior actione. Que cum summis parentibus breui manens
tempore. tempestate barbarica francorum uictoria regione uas-
tata. uice israhelitica exiit et migrauit de patria. Tunc inter ipsos
uictores cuius esset in preda regalis puella fit contentio.
de captiua. et nisi reddita fuisset. tunc facto certamine inter se reges
arma mouissent. Que ueniens in sortem precelsi regis chlo-
tharii. in ueromandis educta. ad regias. in uilla nutrien-
di regia causa custodibus deputata puella nata labori-
bus. Que conueniunt sexui inter opera reliqua sit barbaris li-
berata. frequenter loquens paruulis si conferret sors martir cupi-
ens fieri. Indicabat adolescens iam tum merita senectu-
tis optinens pro parte que petiit. Denique cum esset in pace flo-
rens in gloria. ipsa tamen a domesticis persecutiones passa. Iam tunc
[illegible] agens infantula. quicquid sibi remansisset in mensa collectis
aliis paruulis. lauans capita singulis. compositis sedulis
porrigens aquam in manibus. ipsa inferebat. ipsa miscebat
infantulis. hoc et remedietas cum samuele paruulo cle-
rico. facta cruce lignea precedenti subsequens psallendo
ad oratorium grauiter matura simul paruuli properabat.
ipsa tamen cum sua ueste pauimentum nitidans. circa altare uero
cum facitergio iacentem puluerem colligens. cum reuerentia re-
condebat potius quam urgebat. Quam preparatis expen-
sis uictoriaco uoluisset eam accipere rex predictus. per beralcham 144
ad regias nocte cum paucis elapsa est. Deinde suessionis
cum eam direxisset ut reginam eam eligeret. euitans pompam
regalem ne seculo cresceret sed cui debebatur et humana gloria non
mutaretur. Nupsit ergo terreno nec tamen separata celesti. ac deo
sibi accessisset secularis potestas magis quam permitteret digni-
tas. se plus inclinauit uoluntas. Subdita deo semper
sectans monita sacerdotum plus participata christo quam
sociata coniugio. Iste [illegible] uero subtempe temptamus patefacere de
multis pauca que gesserat. Igitur principi iuncta. mens ne
deo degradasset cum mundi gradu proficeret. sed cum sua facultate
ecclesiam dedicauit. Ista cum sibi aliquid de tributis accederet
ex omnibus dedit decimas deo que uenisset quam recepit. Deinde
quod superat monasteriis dispensabat. et quo ire pede non
poterat misso munere excubat. ad cuius munificentiam nec
ipse heremita se abscondere poterat. sed ne premeretur a sarci-
na quod acceperat erogabat. apud quam egeni uox inuenitur.
sonuitque nec ipsa surda preteriit. sepe donans indumenta.
credens sub inopis ueste se membra sua tegere. hoc reputans
se perdere quod pauperi non dedisset. Adhuc animo tendens ad
opus misericordie. ad regias domum instruit. quod lectis compositis
congregatis egenis et feminis in ipsa lauans in thermis mor-
borum curans putredines. uirorum capita [illegible]
diluens. Ministerium faciens quos ante lauerat eisdem sua
manu miscebat ut fessos de sudore sumpta pocione re-
[crear]et. Sic deuota femina nata et nupta regina pa-
latii domina. pauperibus seruiebat ancilla. In mensa uero occulte
ne cognosceretur ab aliquo anteposito leg[uminis] ferculo. inter
epulas regum more tamen puerorum faba uel lenticula delecta-
bilis uescebatur. De cursu uero cantando excusans se regi
aliquo casu. et si sederet in prandio ut deo redderet debitum se
subducebat conuiuio. Quo egressa domino psalleret et curio-
se quereretur quasi cibo foras pauperes refecisset. Item noctur-
no tempore cum reclinaret cum principe. rogans se pro humana
necessitate consurgere. leuans egressa cubiculum tamdiu ante
secreta oratione incumbebat. iactato cilicio ut solo ca-
lens spiritu iaceret gelu penetrata tota carne premortua. non